



**R. P. Fr. Ioannis Poncii, Corcagia-Hiberni, Ordinis Ff.
Minorvm, Sacræ Theologiæ Lectoris Ivbilati, Olim in
Collegio Romano S. Isidori Primarij Professoris;
Philosophiæ Ad Mentem Scoti Cvrsvs Integer**

Poncius, Joannes

Lugduni, 1659

2. De mediocritate eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95688](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95688)

CONCLUSIO IV.

Habitus quo quis inclinaretur prosequi obiectum, non solum ex eo quod habeat bonitatem obiectivam, sed quia videtur etiam nullam adesse circumstantiam vitiantem, non potest tendere in actum malum, quamvis posset tendere in actum non bonum ex defectu libertatis, casu quo posset esse sine libertate. Hæc est iuxta Scotum & probatur Prima pars, quia non posset habere actum malum nisi proponere circumstantia mala; sed si proponeretur talis non inclinaret ad ipsum; ergo, probatur minor, quia supponitur obiectum ipsius adequatum esse quod est bonum ex omni capite. Probatur secunda pars, quia de essentia actus boni & mali est libertas ergo si actus non esset liber, esset indifferens, hoc est nec bonus, nec malus.

Hinc patet si per habitum virtutis moralis intelligatur huiusmodi habitus, cum esse determinatum ad bonum supposita libertate, & neminem eo posse vlla ratione male uti; si vero per habitum virtutis intelligatur habitus inclinans ad actum bonum, posse habitum aliquem virtutis inclinare ad actum malum, & aliquem consequenter eo male uti posse.

Patet secundo; aliquem actum bonum esse ita ex se bonum, ut non possit esse malus, nimirum illum, qui elicitur ex eo, quod videatur esse bonus ex omni capite; & posse aliquem alium actum transire de bono in malum, nimirum illum, qui elicitur ob bonitatem obiectivam præcisè, abstrahendo à circumstantiis quæ eum inficere possent.

QVÆSTIO II.

De mediocritate virtutis moralis

Supponunt communiter, tam Theologi, quam Philosophi virtutes morales omnes respicere mediū, & habere duo extrema, unum excedens, quo inclinatur quis ad faciendum plusquam virtus requirit, qualis est prodigalitas respectu liberalitatis; alterū deficiens, quo inclinatur ad non ponendum tantum, quantum virtus requirit, qualis est Avaritia respectu eiusdem virtutis.

Dicunt tamen Authores communiter hoc mediū, non debere esse sēper rei, id est mediū determinatū ex natura rei, quod sēper sit idē; sed rationis hoc est tale quale à ratione recta dicitur cuius exemplū habetur in temperantia respectu cibi, v.g. nā mediū eius non est sēper tāta quantitas, nec respectu omniū nec respectu eiusdem; nam posset fieri quod media libra, quæ esset hoc tēpore mediū proportionatū, esset alio tēpore excedēs respectu ipsius & aliorum, aut etiam deficiens; sed sēper mediū eius est illa quantitas, quā dicitur recta ratio, Sed quia recta ratio ideo dicitur nunc hanc quantitatem, nunc illam ex eo, quod nūc illa sit mediū ex natura rei, nunc non est, meo iudicio potest dici quod mediū eius sēper sit medium rei, licet varietur ex varietate circumstantiarum. Vt vero hæc res melius intelligatur.

CONCLUSIO I.

Qualibet virtus non habet medium inter duo extrema, sed, ut quis non perveniendo ad illud medium, aut illud excedendo peccaret aut maleficeret. Probatur, quia si quis excederet medium iustitiæ commutativæ, quod est quantum debet alteri, dando plus, non peccaret quia posset absque peccato liberaliter vel ex alio fine bono charitatis aut gratitudinis aut misericordiæ dare plus. Deinde, quamvis mediū temperantiæ esset vna libra, si quis abstineret à parte ipsius ob finem alterius virtutis, aut indifferentem, non male faceret, quamvis maleficeret, excedendo, nisi ex motivo honeste illud excedere. Denique in materia liberalitatis si quis non daret quantum per liberalitatem posset, non peccaret eo ipso, quia sicut non peccaret sēper non exercendo liberalitatem, cum etiam posset, neque enim præceptum eius obligat sēper & pro sēper, ut dicitur: ita non potest peccare dando minus quam posset, nam melius est dare minus, quam nihil dare cæteris paribus.

CONCLUSIO II.

Potest peccari circa extrema virtutis moralis, & etiam circa medium ipsum. Probatur prima pars quia in materia

iustitiæ potest quis peccare non dando quod debet, cum tenetur, & dando plus, cum id esse impedimentum satisfaciendi aliis obligationibus. Similiter in materia temperantiæ posset quis peccare excedendo, ut faciunt ebrij, & deficiendo à medio, quando teneretur tantum comedere ad conservationem vitæ.

Probatur secunda pars, quia posset quis peccare dando quod teneretur ex iustitiā, cū id cederet in detrimentum magnum creditoris, ut si daret gladium furioso. Similiter posset quis peccare comedendo quantum præscriberet temperantiā, quando id impediretur à superiore.

CONCLUSIO. III.

8. Omnis virtus moralis habet medium inter duo extrema, ut possit in materia virtutis minus ac maius adhiberi, quam virtus requirit ex natura virtutis, ita ut non sit actus virtutis illius aut minus aut maius exhibere. Hæc patet, quia si quis in materia iustitiæ teneretur dare centum, si daret minus, non exerceretur actus virtutis illius, nec etiam dando maius, quatenus maius. Similiter in materia temperantiæ ac liberalitatis, nec deficiendo nec excedendo exercetur actus illarum virtutum; & in hoc distinguuntur virtutes morales non Theologicæ à Theologicis, saltem à charitate, nam in huius materia, quia obiectum eius principale est infinitum, nempe Deus, non potest plus amotis, aut obsequij præstari Deo, quàm debeat aut possit ipsi præstari ex charitate.

CONCLUSIO. IV.

9. Omnis & sola illa virtus moralis habet extrema vitiosa sibi opposita, quæ habet extrema, circa quæ si quis frequenter versaretur absque motivo alterius virtutis, retardaretur directe à prosecutione mediū illius virtutis, etiam quando proponeretur & deberet quis eam prosequi, non tamen omnis virtus moralis habet huiusmodi extrema; sed sola illa cuius medium quæ tale, dicitur negationem ulteriori additionis.

Probatur prima pars, quia nisi habeat talia extrema, non apparet, quomodo sint specialiter opposita virtuti magis, quam aut ipsi summet medium quandoque, quando scilicet ex alio capite esset prohibitum, ut ex obedientia; aut obiecta aliarum virtutum, quæ quandoque retardare possent à medio illius virtutis. Deinde huiusmodi extrema ex se videntur mala, tam bene, quam medium videtur bonum, & habitus acquisitus ex frequentatis actibus circa ipsa retardaret à prosecutione mediū & consequenter esset specialiter oppositus virtuti tendenti medium. Dixi autem in hac parte: nisi ex motivo alterius virtutis, quia si quis solum versaretur circa illa ex tali motivo, non essent extrema vitiosa, nec magis quis retardaretur ex prosecutione illorum à medio, quæ ex prosecutione aliorum obiectorum disparatorū.

Probatur secunda pars, quia iustitia commutativa, quæ quis tenetur suum cuique reddere, non habet talia extrema, quandoquidem non sit contra illam dare plusquam debetur, licet non sit iuxta illam.

Probatur denique tertia pars, quia si medium eius indicat talem negationem, certum est quod ex natura rei excessus erit vitiosus & retardans à medio nisi extrinsece reddatur bonus, ut si imperaretur à Deo. Quænam autem sint virtutes habentes huiusmodi mediū, constare potest ex natura earum in particulari considerata, & ex ea etiam ratio disparitatis dari debet, à priori quidem quod talis est natura unius, talis alterius; à posteriori vero quia sic apparet naturas eorum bene consideranti.

Itaque, ut rem in compendium traham: Virtus moralis omnis potest dici habere medium inter duo extrema, quatenus tendit in aliquam determinatam materiam hic & nunc; ita ut si minus fiat quam requirat, aut magis, non exerceatur actus talis virtutis & aliquæ virtutes habent medium inter duo extrema vitiosa, quorum extrema apparent ex natura rei indecentia.

Q V Æ

Habitus
quo volu-
tas incli-
naretur
ad actum
ex eo
quod pro-
poneretur
bonus si-
ne vlla
circum-
stantia vi-
tiose de-
termina-
tur ad a-
ctum bo-
num.

Et etiam
circa me-
dium.

Omnis vir-
tus mor-
alis ha-
bet me-
dium in-
ter duo
extrema
sic ut pos-
sit magis
vel minus
fieri, quæ
exigit vir-
tus.

Quæ vitio-
sa habet
extrema
vitiosa.

Qualibet
virtus non
habet me-
dium tale
dando peccaret
aut maleficeret.
Probatur, quia si quis
excederet medium iustitiæ
commutativæ, quod est quan-
tum debet alteri, dando plus,
non peccaret quia posset
absque peccato liberaliter
vel ex alio fine bono chari-
tatis aut gratitudinis aut
misericordiæ dare plus. De-
inde, quamvis mediū
temperantiæ esset vna libra,
si quis abstineret à parte
ipsius ob finem alterius
virtutis, aut indifferentem,
non male faceret, quamvis
maleficeret, excedendo,
nisi ex motivo honeste
illud excedere. Denique
in materia liberalitatis
si quis non daret quantum
per liberalitatem posset,
non peccaret eo ipso, quia
sicut non peccaret sēper
non exercendo liberalitatem,
cum etiam posset, neque
enim præceptum eius obligat
sēper & pro sēper, ut
dicitur: ita non potest
peccare dando minus
quam posset, nam melius
est dare minus, quam
nihil dare cæteris
paribus.

Potest
peccari
circa ex-
trema
virtutis.